



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**In Titi Livii Patavini, Historiarvm Ab Vrbe Condita Libros,  
Qvi quidem exstant, omnes, Observationes**

**Godelevaeus, Wilhelm**

**Francofvrti, 1609**

In Librvm XXIV. Qvi Decadis Tertiæ Qvartvs Dicitvr, Annotationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69254](#)

TITI LIVII LIB. XXIV. 175  
IN LIBRVM XXIV. QVI DECA-  
DIS TERTIAE QUARTVS DICI-  
TYR, ANNOTA-  
tiones.

**E**x occasione autem opportunitate] Opportunitas temporis est, quam & occa-  
sionem hanc appellare, nisi quod in tempore occasio, in re ipsa oppor-  
tunitas videtur dici.

**C**onspicere purpura ac diadema] Nulla re magis quam vestitus mutatione  
subdit offenduntur, plerunque enim vestitus mutationem regni  
pertendere solet. Hinc scribunt, Magos aliquando Persis praedixisse, breui  
ipsi Macedones imperatores, quod eo anno qui proxime precedebat, pu-  
gnam commissam inter Darium & Alexandrum Magnum. Darius gladium  
quem gestare solitus erat, Macedonum more ornasset. Et solet plerisque  
gens, quae alterius generis habitum assumit, in eius potestatem concedere, ut  
inquit Curtius. Quid itaque nobis sperandum, qui nostros in habitu Tur-  
cico & Mocouiticō, & alibi Hispanico incedere videmus. Deus nobis adiut,  
& auguria, seu portius omnia avertat.

**Quadrigae erant alborum eorum]** Equorum alborum usus validus inuidio. **A**libi es-  
sus fuit, prout & Iuperius annotatum est: Sic etenim Camillus in inuidiam **qui**  
venit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, vibem innectus esset,  
quod humano fastigio ampliorem honorem, paremque supremo locu sibi  
vendicare videretur. Vide Tornebum lib. aduers. 24. cap. 31.

**Tarenti patundi]** De huic urbis origine & potentia ex Ephoro leges apud **Tar-**  
**S**trabonem lib. 6. Item Plinium lib. 2. cap. 20. Florum lib. 1. cap. 18. Iustinum  
lib. 3. Silium italicum lib. 2. Melani lib. 2. cap. 4. Voilat. lib. 6. cap. 8.

**Stemes cibum ponentes]** De variis animadversis omnium militarium speciebus  
præter alios Sigonius de antiquis iure ciuium Rom. lib. 1. cap. 15.

**Qui hæc hunc generis affuerant]** Hasta non de auctionibus venditionibus; **H**asta **lo-**  
modis & de locationibus, quæ publica sunt, dici confuerit. Vnde affueri  
hæc appellati eleganter, qui eam conduceunt, confuerunt, ut annotauit **Affecti**  
**C**oechus lib. 21. cap. 17.

**Hæreditatem regni creuerit]** Cretio (inquit Vlpianus) ceterorum dierum spa-  
tium quod dabatur in instituto hæredi ad deliberandum, virum expeditum ei adire  
hæreditatem necne. De quo veteris Rænatus de auctor. pend. cap. 8. Et **C**retio hæ-  
reditatem necne. **R**ænatus in institut. 22. Cernere est verba cretioris dicere ad hunc modum:  
Cum me Mæxius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo cernoque.  
Varro lib. 7. de ling. Latina illud Plauti interpretans: Hanc mihi simicam esse  
creui id est, confitui. Itaque hæres cum confituit se hæredem esse, dicuntur  
cermene, & cum hoc fecerit creuisse. Sic accipienda Cretio in L. 17. C. de iure  
delib. & in L. 1. & 2. de bonis maternis in Cod. Theodosiano.

**Cibis cubitalibus]** Cubital idem est, quod brachiale, Cracis **επιβραχιονιδιον** Cubitalis  
appellatum, ut enim fasciolas crurum sunt, ita cubitalia tegimenta sunt bra-  
chiiorum. Horat. Saty. 2. Ponas insignia morbi.

Fasciolas, cubitalia, focalia, vide Torneb. lib. 7. aduers. cap. 10. Lambinum  
in suis ad Horatium annotationibus: Cubital paluinum esse scribit, cui in-  
tercentur veteres inter cœnandum.

**Scorpionibus medicii]** Scorpio tormentum est bellicum. sed telum etiam il- **Scorpius**  
lius tormenti, id est, quod eo tormento mittitur. Oppius lib. 5. belli civilis,  
Scorpius accuratius missio, atque eorum decurcione percussio, videtur enim  
potius telum quam tormentum significari, auctore Tornebo lib. 15. adver-  
sor. cap. 1.

*Cornicines.* *Cornicines in via]* Tubicines ad bellum vocant milites, & rufsum receptui canentes reuocant: Cornicines buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu confictus & eius reditu, & quoniamcunque ad aliquot opus exitu iunt, soli milites tubicines canunt, & soli milites ad signa eorum obtemperant, quoniamcunque signa mouenda sunt cornicines canunt classum. Vegetus.

*Signa Ro-* *Signa efferti consil iubet]* Auctore Vegetio lib. de re militari secundo, tria Romanorum exercitu signatum genera habebant. Aquila, Dracones, & Vexilla: Aquila totius legionis signum est, quam portat Aquilifer, Dracones sunt singulatum cohortium. Legio enim in decem cohortes dividitur, quos qui ferunt Dracones dicuntur. Cohortes vero in centurias dividabantur, singulis centurias suum erat vexillum, in vexillis singulis notatum erat ex qua cohorte, quarta centuria esset, ne qui milites a signo aberrarent, quod & Dionysius lib. 41 declarat.

*Septem-* *Proditio pro Septemvirali iudicio efficitur]* Id est, censeretur haec proditio, non le-  
vitate ius- verò dicebatur, quod à Septemviris, qui è Septemvirorum ordine erant, exer-  
dicium. cetur: De Septemviralibus iudicis Paulus Iureconfutus singularem li-  
brum scripsit, ut refellantur inscriptiones legis 37 & legis 28. Pandectarum Flo-  
rentinatum. ff. de inoffic. testam. Ex quibus colligere licet, Septemviro  
de testamentis cognouisse, aliosque rebus, que commemorantur à Cicerone  
lib. 1. de Oratore. Ceterum si forma iudiciorum centumviralium conser-  
vetur, quorum ordine septemvira lata continebantur, ut etiam capitales cau-  
fas cognosci solitas appareat, cumque magis ad publicorum quam ad priu-  
atis centumviralis ordinem inclinare. Eaque ratione priuatis iudicis cau-  
fas centumviralis virus est Plinius distinxisse Epifilarum lib. 6. Interuenit,  
inquit, acribus illis & ceteris frequens necessitas computandi, ac pene cal-  
culos tabulamque posendi, ut repente in priuati iudicii formam centum-  
viralis vertatur. Et Quintilianus lib. 5. cap. 10. Proprium est, inquit, illud cau-  
se quod Amphitryones iudicant, ut alia apud centumviralis: alia apud iudi-  
cium priuatum in istam quætionibus ratio sit. Nec id etiam ignorasse virus  
est Iustinianus, cum ita scribit: Magnitudo & auctoritas centumviralis iudi-  
ciorum non patiebatur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi, L.  
C. de perit. hered. Per magnitudinem haud dubie magnificum intelligens  
centumviralis iudicij formam. Quo etiam referri debet, quod Cicero pro  
Cæcinna sic scribit: Ornare & copiose L. Crassius eloquentissimus, paulo an-  
te quam nos in forum venimus, iudicio centumviralium hanc sententiam de-  
fendit. Nec alio referendum est, quod ad hunc modum scribit Quintilianus  
lib. 4. cap. 1. Quibusdam in iud. cii maximeque capitalibus, ut apud Centum-  
virosglii iudices exigunt solicias & accuratas actiones, contemni que se nifi-  
indicendo etiam diligentia apparent credunt, nec doceri tantum, sed etiam  
delectari volunt. Ceterum de centumviralibus iudicis præ ceteris eruditæ  
& late differit Iacobus Rænardus libro singul. pro tribunalum, cap. 20. Fran-  
ciscus tamen Hotomannus, vbi in sua descriptione magistratum Romano-  
rum de centumviris tractat, apud Quintil. lib. 4. cap. 1. Capitalia dici potest,  
non publica, sed ea in quibus de capite ciuis R. ageretur, ut in cauiss libera-  
libus. Verum quam recte ipse videntur.

*Pyrhus proditorem]* Pyrhus namque bellum contra Romanos in Italia ge-  
rente, e'us medicus ad Fabricium consulem scriptum offerens si premium ibi  
ostendetur à Romanis, veneno se regem necaturum, cuius scelus Fabri-  
cius auerstus, cum in eandem sententiam collegam adduxisset, literas pro-  
perte ad Pyrhum misit, monens caueret infidias. Pyrhus itaque perfecta  
consul's epistola, deprehensiisque infidiliis, medicum affecti supplicio, Fabri-  
cio &

cio & populo Romano gratia referenda causa gratis captiuos donauit, ut scribit Plutarchus in vita Pyrrhi. Huc vero pertinet Octavianus Augustus & Antigonus quoque apophthegmata, qui dicebant, proditores quidem dum *Proditio* proderent amandos, post factum vero summo odio prosequendos esse. Signi *amatur*, fiantes his, qui proditio profuerunt, nihil debet gratia, licet officium *non pre-*  
*dictorat*, quod praestant, pro tempore gratum sit.

## IN LIBRVM XXV. LIVII, QVI

AB ALIIS DECADIS TERTIAE

LIBER V. DICITVR, AN-

notationes.

**T**iuiusmisi capitale] Hi post quæstores particidii creati de omnibus cogno-  
scabant, que prius iudicare solebant quæstores particidii. At post con-  
stitutas quæstiones perpetuas (quod L. Censorinus & M. Manilio fa-  
ctum fuisse scribit Cicero) quum prætores qui de eis quererent, instituti sunt,  
tunc Triumviri ad columnam Moeniam in foro tantum cognoscere coe-  
runt, de feris & ceteris extremæ fortis hominibus, itemque de corum scie-  
ribus, qui cum ciues Romani non essent, in urbe habitabant, ceterisque cu-  
fiodes etiam, et cumque interuenient in eos animaduertebatur, qui extremo  
supplicio damnati essent, ut annoat Onuphius in comment. lib. i. Faff.

*Huic præteri additatem*] Magistratum enim gerendorum ordinem Ro-  
mani obserabant, primo enim gerebatur quæstura, post adilitas, adilitatem  
sequebatur prætura. Post præturam gerebatur consulatus, postrema erat  
censura. Multos autem hac lege annaria solitos fuisse legimus, ex quibus  
primus fuit Africanus, qui cum iuuenis adilitatem pateret, non sine maxi-  
ma contentione Senatus & plebis consul creatus est, ut scribit Appianus in  
Libyc.

*Cistellaque allata est*] Cum enim comitia haberentur, erat qui cistam defe-  
rebat colligendis per tribus suffragiis, ilque Rogator dicebatur. Ex multis ve-  
ro locis apertum est cistam deferre solitum eum ipsum, qui habebat tributa  
comitia, prout ostendit Gruchius lib. 2. de comitis Roman. In cistis autem  
populus tabellas sui suffragi mittebat per pontes transiens. Cistellæ vero  
in portiendo mentio est in Casina Plauti, de quo vide Torneb. lib. aduersar.  
13. cap. 13.

*Latinis suffragium ferrent*] Latinis enim non tam iure ac legum necessitate, *Latinis*  
quam beneficio & benignitate Romanorum magistrorum ius suffragiorum  
Roma habuisse legitunt. Idque non modo tributis comitiis, sed etiam cen-*suffragiorum*  
turiatis: Et si enim Roma non censeatur Latinis, sed in suis ciuitatibus, po-*Roma ha-*  
bitant tamen ita, se adiungere ad centurias viiulicuſdam tribus, cui forte  
obtigeret, ut Latini in ea suffragium dicerent, ut cum primæ classis centurias  
hi suffragium ferrent, qui erant primi census apud Latinos, cum centurias fe-  
cunda classis, qui erant apud eos secundi census. & ita deinceps. De quo  
Gruebius de comitiis populi Rom. lib. 2. cap. 3. circa fin.

*In ordinem coacti est*] In ordinem redacti, inquit Priscianus lib. 18. dicun-  
tur, qui contempnuntur, inter viles numerati & abiectos, id quod & Liuius  
infra lib. 43. testari videtur. Tribuni plebis, inquiens, in ordinem redacti pro  
contemptum sunt habiti. Hos Graci Encyelios appellare videntur, ut can-  
notat Caius lib. 25. cap. 18.

*Vades daret*] Vades sponsores in re capitali dicuntur, auctore Festo, idem  
confirmat Cicero lib. 3. de duobus Pythagoreis loquens. Vide Budæum in qui.  
prioribus annotat. ad Pand.